

hominum inuidia : tātum dico, nihil iuari eos  
suo responso, hæreticos iam olim extitisse com-  
plures qui cibos interdicerēt Christianis. Nam  
si semel recipitur hæc defensio; cuius impio ve-  
tus exemplum obtendere sufficiet. Quinetiam  
eodem modo elabi poterant Manichæi & Ta-  
tiani: quia excipere promptum erat, vaticinium  
de Montano, qui tempore fuerat superior, in-  
telligendum. Sed cum illos nunquam aggressus  
sim, vltro prorumpunt, cauentes sibi, vt appa-  
ret, ante tempus. Sic impius nemine perseque-  
te fugit. Quanquam ne dissimulē quod res est,  
simul ac Pauli verba quis protulerit, aperto  
marte impeti se vident. An vero iusta succen-  
cendi ratio sit, æstiment Lectores. Reliqua ve-  
ro petant ex censura 41, primi ordinis: ex 23  
& 32, secūdi ordinis. Itē ex censura 77 & 103.

De Iustificatione.

Annotatio, Cordis nostri æquitati vel  
rectitudini ne tribuamus quòd Deus det  
nobis vitam æternam, Deut. 9. a. 5. In cor-  
de ne dixerimus propter iustitiã nostram  
Deum dedisse nobis vitam æternã. Pro-  
missiones suas quibus promiserat terram